



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Compendivm Summæ Card. Toleti**

**Minucius, Genesius**

**Sammieli, 1613**

De ijs à quibus proprius confessarius absoluit & casibus reseruatis cap. 14.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41701**

De iis à quibus proprius Confes-  
sarius absolvit, & casibus  
reservatis. Cap. 14.

**C**uratus ab illis absolvit pec-  
catis, & censuris, quæ ma-  
ioribus Prælatis non fuerint  
reservata. Episcopus ab omnibus  
Papæ non reservatis. Papa vero ab  
omnibus peccatis & censuris ubi-  
que & semper, nec ei reservantur  
peccata vlla, nisi censuram anne-  
xam habeant, ut supra est dictum:  
Quare cum Papa dat priuilegium  
soluendi à casibus Papalibus, dat  
etiam ex consequenti facultatem  
absoluendi à censuris, quibus ab-  
latis, probabile est Curatum  
quemlibet posse à talibus pecca-  
tis absoluere, etiam si alias essent  
Episcopo reservata. Episcopis re-  
servantur peccata cum censura, &  
sine censura, & de iure hæc illis re-

seruantur. \* Primo. Votorum dispensatio , papalibus omissis, Iuramentorum relaxatio : & aliquarum Irregularitatum , & excommunicationum non papalium.\* Secundo peccatum Incendiariorum, qui sunt etiam excommunicandi , sed post excommunicationem tale peccatum reseruatur Papæ.\* Tertio, peccatum notorium : propter quod antiquitus publica pœnitentia iniungebatur , ut concubinatus notorius, blasphemia , quod tanien probabiliter aliqui negant , cum numeralis pœnitentia non sit in usu. Ex communi consuetudine videntur etiam reseruari homicidia , mutilationes reales , crimen falsiorum , & eorum qui falsum in iudicio iurant contra aliquem , vel tacendo verum , vel dicendo falsum , ac eorum qui falsas scripturas faciunt. Sacrilegia pariter : rapina rerum Ecclesiastica-

rum : Diuinationes, Incantationes, ac Dœmonum inuocationes. Pœnitentiarii vero Romæ ab iis omnibus absoluunt, & etiā ab omnibus excommunicationibus Episcopis reseruatis : & ab aliis censuris, & votis, à quibus nec ipsi Episcopi absoluunt.

*Descentia Confessarii. Cap. 15.*

**S**cientia est quarta conditio confessariis necessaria, ut supra Cap. 13. tacitum est. Est enim iudex ipse confessarius fori interioris, ideo eorum, quæ in suo foro accidunt, peritiam habeat necesse est. Scire autem debet, quæ peccata mortalia, quæ venialia fuerint ex suo genere, & circumstan-  
tias peccatorum necessarias, & inter mortalia, quæ habent ex communicationem annexā, quæ restitutioni pecuniæ, damni illati, & famæ obnoxia : Contractus